

Pro lubitu cuiuslibet erit, addere *Introductio-*
nem ad Rem literariam, Bibliothecam Philoso-
phicam & Bibliothecam Historicam, inseruire
 hæc possunt illis, qui meas curas amant. Com-
 parari tamen meretur DANIELIS GEORGII
 MORHOFII *Polyhistor* denuo *Lubeca 1714. 4.*
 editus. Qui liber est elegantissimus, ex quo
 generalia, quæ ad rem literariam faciunt,
 noscimus. Nec inutile erit, addere *Censuram*
celebriorum Auctorum, quam congeffit THOMAS
 POPE-BLOUNT, *Genevæ 1694. 4.* quæ in adnotan-
 dis iudiciis de variis eruditorum scriptis funda-
 menti loco nobis esse poterit. Qui velit, uti po-
 terit GEORGII MATTHIÆ KÖNIGII *Bibliotheca ve-*
teri & nova, quæ prodiit *Altdorfi 1678. f.* ad quam
 digeri possunt, quæ notatu digna reperiuntur
 ad vitas clarorum virorum. Magnopere laudan-
 da & commendanda doctissimi Viri GOTTLIEB
 STOLLII *Kurtze Anleitung zur Historie der Gelahr-*
beit Tribus Partibus, *Hale 1718. 8.* edita & *Iena*
1724. 4. amplissimis præclarisque accessionibus,
 qua liberalium artium atque scientiarum Philo-
 sophicarum concinnam Historiam refert, Scri-
 ptoresque optimæ notæ multo selectu & iudi-
 cio laudat. Nec male agunt qui *Acta Eruditorum*
Lipsiensium, latina & quandoque Germanica, *Les*
Nouvelles de la Republique des Lettres; Nouvelle
Bibliothèque Choisie; Ancienne & Moderne; Jour-
nal Litteraire, nec non Iudicia de omnibus tali-
 bus Actis litterariis, *Lipsiæ* edita ac similia Eru-
 ditorum Diaria addunt, ut ex iis recentiorum
 statum Rei litterariæ cognoscant.

§. IX.